dant: deferunt mortui ⁊ suscitant. Pensa itaq; eorꝝ anĩe qualiter viuũt: illic vbi viuunt: quorꝝ hic ⁊ mortua corpora in tot miraculis viuũt. Si igit vitã anime permanentis in corpore deprehẽdis ex motu membrorꝝ: cur non perpẽdis vitã anime: post corpus etiã per ossa mortua in virtute miraculorum.

## Petrus.

n Ulla vt opinor huic allegatiõi ratio obsistit: in qua ex rebus visibilibus cogimur credere quod non videmus.

## De egressibus animarum: Capitulũ. VII.

## Gregorius.

p Aulo superius questus es morientis cuiusdaz egredientẽ te animã non vidisse: sed hoc ipm iã culpe fuit: qđ corporeis oculis rẽ videre inuisibilẽ quesisti. Nã multi vestrorꝝ mentis oculos: fide pura ⁊ vberi oratiõe mũdãtes: egrediẽtes e carne animas frequẽter vident. Unde nũc mihi necesse est: vel qualiter egrediẽtes anime vise sint: vel quãta ipse: dũ egrederent viderẽt: enarrare: quaten⁹ fluctuãti animo qđ plene ratio nõ valet: exempla suadẽt. In secũdo nanq; hui⁹ operis libro iam prefatus sum: q venerabilis Benedict⁹: sicut a fidelibus eius discipulis audiui: longe a Capuana posit⁹ Germani eiusdẽ vrbis epi animã nocte media in globo igneo ad celũ ferri ab angel' aspexit. Qui eandẽ q̃z ascendentẽ animã intuens mentis laxato sinu quasi sub vno solis radio cũctũ in suis oculis collectũ mundũ vidit.

## De egressu anime Speciosi monachi: Cap. VIII.

e Isdẽ q̃z discipulis illius narrãtibus didici: q duo nobiles viri: a q; exteriorib⁹ studijs eruditi: germãi fratres quorꝝ vn⁹ Speciosus: alter vero Gregori⁹ dicebat eius se regule in sancta cõuersatiõe tradiderũt: quos isdẽ pater in monasterio: qđ iuxta Terracinẽsem vrbẽ cõstruxerat: fecit habitare. Qui multas quidẽ pecunias in hoc mũdo possederãt: sed cũcta pauperib us ꝓ aĩarũ suarꝝ redemptiõe largiti sũt: ⁊ in eodẽ monasterio permãserũt: quorũ vnus scz Speciosus dũ ꝓ vtilitate monasterij iuxta Capuanã vrbẽ missus fuisset: die quadã frater eius Gregorius cum fratribus ad mẽsam sedens: atq; ꝯuescẽs per spiritũ subleuat⁹ aspexit: ⁊ vidit Speciosi germani sui animã tã longe a se positi de corpe exire: qđ mox fratribus indicauit: ⁊ cucurrit iãq; eundẽ fratrẽ suũ sepultũ repperit: quẽ tamen ea hora qua viderat: exisset de corpore inuenit.

## De anima cuiusdam inclusi: Capitulum. IX.

q Uidã religiosus atq; fidelissimus vir: adhuc mihi in monasterio posito narrauit: q aliqui de Sicilie partib⁹ nauigio Romã petẽtes: in mari medio positi cuiusdã serui dei: qui in Samnio fuerat inclusus ad celũ ferri animã viderũt. Qui descendentes ad terrã causamq; an ita esset acta perscrutãtes: illo die inuenerũt obijsse dei famulũ quo eũ ad celestia regna ascendisse cognouerũt.

## De egressu anime Spei abbatis: Capitulũ. X.

a Dhuc in monasterio meo positus cuiusdã valde venerabilis viri relatiõe cognoui qđ dico. Aiebat enĩ q venerabilis pater noĩe Spes monasteriũ cõstruxit in loco. Cui vocabulũ Cãple est: qui sexti ferme miliarij interiacente spacio a vetũsta Nursie vrbe disiungit. Hunc oĩpotens ⁊ misericors deus ab eterno verbere flagellando ꝓtexit: eiq; dispensatiõis sue maximã ⁊ seueritatẽ seruauit: ⁊ gratiã quantũ eũ prius flagellando diligeret: postmodũ ꝑfecte sanãdo mõstrauit. Eius nãq; oculos per. xl. annorꝝ spaciũ ꝯtinue cecitatis tenebris pressit: nullũ ei lumen vel extre-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-493/0288
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG